



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

III. Rudolph, Bischof von Verden, bekundet, daß Werner, Graf von Lüchow,  
das Wendische Gut Schapwedel von der Kirche in Verden gekauft habe, im  
Jahre 1202.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

nos pro salute et remedio anime nostre cenobio dominarum in distorp libere et absolute contu-  
limus eundem, cum nepte eiusdem dilecti nostri marescalci, et ut (hec) donacio rata (maneant)  
semper (et) inconuulsa hanc chartam inde conscribi fecimus et sigillo nosstro communi. Testes  
huius rei sunt henricus frater marescalci, ekebertus d . . . . ., Cesarius, Rei-  
nardus de vornholt, Baltwin aduocatus . . . . . dapifer Jordan et alii domini —  
(Nun folgen noch ein oder höchstens zwei Zeilen, die aber nicht mehr zu lesen sind).

Das Original ist an vielen Stellen durch Moder zerstört. Die in Parenthesen stehenden Buchstaben und Worte  
sehen nicht im Original, sondern sind vom Abschreiber hinzugefügt.

III. Rudolph, Bischof von Verden, bekundet, daß Werner, Graf von Lühow, das Wendische  
Gut Schapwedel von der Kirche in Verden gekauft habe, im Jahre 1202.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Rvdolfus, dei gracia verdenfis ecclesie  
Minister humilis, Notum sit omnibus fidelibus tam posteris quam modernis, quod Comes wern-  
herus de Lychowe consensu nostro, necnon et prepositi nostri ysonis et decani Manegoldi  
ceterorumque fratrum, quoddam predium flauicum, scapwidele nomine, quadam certe pecunie  
quantitate, ab ecclesia nostra in proprietatem sibi comparauit. Vt autem huius venditionis contra-  
ctus ratus et inconuulsus in perpetuum permaneat, presentem paginam, hoc factum firmiter attestan-  
tem, sigillo ecclesie nostre roboramus. Huius rei testes sunt yso prepositus, Manegoldus, deca-  
nus, Rotgerus, wicbertus, alexander, hermannus cellerarius, Rodolfus custos, et alii  
clerici multi, Bernhardus, Comes de wilpia, Reinhardus, hermannus et alii laici quam  
plures. Datum anno dominice incarnationis M°. CC. II°.

IV. Rudolph, Propst zu Hamersleben überläßt dem Kloster Diesdorf die an dessen Grenzen.  
gelegenen Besitzungen seines Klosters gegen Zahlung von 20 Mark Silber und Abtretung  
einer Hufe zu Groß Emden (1210—1215?).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Rudolfus, dei gracia hamerslouensis  
ecclesie prepositus, vniuersis christi fidelibus salutem ueram et pacem irrefragibilem. — — factum  
nostrum, quod nos communi consensu et vnanimi consilio totius conuentus nostri rationabiliter feci-  
mus, ad efficaciorum scandalorum et controuersiarum euitationem, presentis scripti nostri testimonio  
confirmamus, ut et tam posteris nostris quam et nobis ratum et inuiolabile perenniter maneat. Igi-  
tur cum nos bona quedam haberemus infra terminos uille distorp et illa nimis remota a nobis et